



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 59. Consultatio circa receptionem Concilii Tridentini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

cipiebat. Sub idem tempus Regis jussu quædam fidei norma concipiebatur, cui omnes ad sinum Ecclesiæ Catholicæ redeuntes subscriberent: ea vero iisdem pene verbis erat concepta, quibus fidei professio a Pio IV. proposita, in qua omnes profiterentur, quod summus Pontifex sit visibile Ecclesiæ Caput, Christi Domini Vicarius, & Divi Petri Successor: nulla tamen ibi specialis fiebat mentio de Concilio Tridentino. Ceterum hæc fidei professio ad omnes Archiepiscopos, & Episcopos mittebatur, adjecto mandato, vi cujus una omnes absque ulla innovatione eidem subscriberent.

§. LIX.

Consultatio circa receptionem Concilii Tridentini.

Paulopost Consultatio, quam Rex instituentem promiserat, circa petitionem de recipiendo Concilio Tridentino reipsa habebatur, in qua Generalis Advocatus prolixo admodum sermone exponebat, illud in Francia recipi haud consultum esse: rationes vero, quibus suam opinionem fulcire nitentur, erant sequentes. I. Franciæ Oratores Tridenti de hac Synodo jam questi sunt. II. In omnibus comitiis fuit decretum, ut ea non reciperetur.

A a 2

III.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

*Mem. pour
la recept. du
Concil. de
Tretne.*

Sæcul. XVI. III. Exstant jam scripti quidam articuli, qui ex aliis antiquioribus Conciliis decerpti reformationem Cleri, & disciplinam Ecclesiasticam pro Francia continent, iique ab eminentissimo Cardinale Lotharingio fuerunt concepti, atque a Rege rati habiti. IV. Hujus Concilii acceptationi Capitula, pœne innumeri Ecclesiastici, Nobiles, imo & Plebæi in generalibus comitiis Blesensibus obstiterunt, atque adversus eam reclamarunt. V. Obstant etiam Burdini Procuratoris Generalis scripta, quæ plusquam sexaginta articulos continent, in quibus idem Scriptor probare nitebatur, quod hoc Concilium Regis juribus, auctoritatisque damnum inferat, necnon ejus jurisdictioni infidietur, atque Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus derogat.

Verum ad hæc rationes Clerus generatim hæc opponebat. I. Synodus Franciæ Oratorum juribus, ac præcedendi prærogativæ adeo nullum præjudicium intulit, ut potius ipsis locum a Cæsareæ suæ Majestatis Oratoribus proximum immote conservarit, ac durat taxat tolerarit, ut Hispaniæ Legatus sedem quamdam extra ordinem occuparet. II. Synodus omnino decretum edidit, quo declaratum, quod nullius juri, ordini, aut prærogativæ ullo pacto quie-

quicquam propterea derogare intendat. Sæcul. XVI.
A.C. 1585.
III. In Catalogo Franciæ Oratores primi nominantur, & postea Hispaniæ Legati: ita enim Pius IV. hanc litem dimit.

§. LX.

*Cleri responsa ad rationes contra
Synodi receptionem allatas.*

Postea Clerus ad quodlibet caput *Mem. du*
gillatim respondebat, & quidem. *Clerge.*

I. „Franciæ Oratores apud Synodum
„nullo scripto conquesti sunt, nec leges
„universales privatis consuetudinibus
„præjudicium afferunt: si vero circa de-
„cretorum executionem difficultates e-
„mergant, eas moderari Papa sibi reser-
„vavit: de cetero Concilium nomine, &
„jussu Regis defuncti, qui circa hoc sibi
„specialem potestatem arrogabat, a Lo-
„tharingio Cardinale approbatum, sub-
„scriptumque est. II. Hæ quidem sol-
„licitationes ab initio fuerunt rejectæ,
„id autem ortum traxit ex illius tem-
„poris vicissitudine, Regni gallici tu-
„multibus, ac imbecilli Regis ætate.
„III. Quod articulos a Lotharingio Car-
„dinale porrectos, ac circa difficultates
„in recipienda Synodo occurrentes at-
„tinet, pariter id temporum iniquitati
„adscribendum venit, in omnibus au-
„tem Conventibus Tridentini Concilii

A a 3 „accep-